



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio Practica ...**

Unà cum Rubricis ejusdem Missæ brevibus Notis illustratis

De SS. Missæ Sacrificio Juxta Ritum Romanæ Ecclesiæ offerendo - Unà  
cum Rubricis ejusdem Missæ brevibus Notis illustratis

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1676**

§. 3. De Oculorum Cæremoniis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48307](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48307)

5. Ad *Supplices Te rogamus.*
6. Ad Orationes ante Communionem.
7. Ad *Placeat tibi SS. TRINITAS.*

*Manus extensas super Altare ponit.*

1. Quoties osculatur Altare.
2. Ad *Per omnia secula seculorum* ante Præfationem & Orationem Dominicam.
3. Quando legit Epistolam ex Missali, & manum libro non applicat.

*Manum sinistram super Altare ponit.*

1. Quoties super Calicem aut Hostiam Cruces manu dextra facit, & sinistra Calicem aut Hostiam tenere non debet.
2. Ad *Libera nos quasumus.*
3. Ad *Agnus DEI*, dum altera manu pectus percutit.
4. Dum porrigit Calicem ad infundendum vinum.
5. Dum facit Crucem super Altare ad initium Evangelij S. Joannis. NB.

*Manum sinistram pectori admovet.*

1. Quoties seipsum signat Cruce.
2. Quoties alijs benedictionem impertit.
3. Quando sub *Confiteor* ad *mea culpa* pectus percutit.

*Manu pectus percutit.*

1. Ad *Mea culpa* sub *Confiteor.*
2. Ad *Nobis quoque peccatoribus.*
3. Ad *Agnus DEI*, extra Missam Defunctorum.
4. Ad *Domine non sum dignus.*

### §. III.

*De Oculorum Cæremoniis.*

**E**T horum diversæ sunt Cæremoniæ in Missa adhiberi solitæ; quandoque enim elevari, quandoque deprimi, quandoque in Cruce aut Hostia defigi debent.

*Oculi elevandi sunt.*

1. Ad *Munda cor meum.* NB.
2. Ad *Veni Sanctificator.*

3. Ad

3. Ad Oblationem Hostiæ & Calicis, sed cum hoc discrimine, ut in oblatione Hostiæ Celebrans mox demittat oculos, in oblatione Calicis ad DEVM erectos teneat. NB.
4. Ad *Suscipe SS. TRINITAS.*
5. Ad *Te igitur Clementissime.*
6. Ad *Gratias agamus*, dum dicit *DEO nostro.* NB.
7. Ad *Qui pridie*, dum dicit *& elevatis oculis.*
8. Quando Hostiam & Calicem elevat: nam hîc erectos tenet, donec Hostiam & Calicem deponat iterum. NB.
9. Ad *Benedicat vos Omnipotens.*

*Oculos demissos tenet.*

1. Dum ex Sacristia procedit ad Altare, & iterum regreditur.
2. Quando dicit ad Populum *Dominus vobiscum*, ac *Orate fratres.*
3. Quando Hostiam offert.
4. Quando facit Memento pro Vivis. NB.
5. Quando recitat Orationes post Consecrationem, aut facit Memento pro Defunctis, tunc enim oculi ad Hostiam convertendi sunt, nisi ex libro Preces recitet.
6. Quando dat Benedictionem Populo in fine Missæ.

§. IV.

*De Vocis Elevatione.*

**T**Riplex in Missa vox adhibetur, Alta, Media, Submissa.

*Alta voce dicuntur.*

1. Ingressus, Introitus, *Kyrie*, *Gloria in Excelsis.*
2. *Dominus vobiscum*, *Oremus*, *Collectæ*, *Epistola*, *Graduale*.
3. *Evangelium*, *Symbolum*, *Offertorium*, *Præfatio.*
4. *Oratio Dominica*, & *per omnia secula seculorum præcedens & subsequens*, *Pax Domini.*
5. *Agnus DEI*, *Communio*, *Postcommunio*, *Ita Missa est*, *Benedictio & Evangelium S. Joannis.*

*Media*